



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Thesavrvs Casvum Conscientiæ**

Continens Praxim exactissimam De Censvris Ecclesiasticis, Aliisque Poenis, & Canonicis impedimentis, in Septem Libros distributus ...

Decisiones Casvum Conscientiæ Ex Doctrina Consiliorvm Martini Ab Azpilcveta Doctoris Nauarri collectæ, & iuxta librorum iuris Canonici dispositionem in suos Titulos distributæ

**Sayer, Gregory**

**Venetiis, 1627**

1 Professionem fidei Canonici etiam exempti coram Episcopo & Capitulo intra duos menses a die possessionis adeptæ facere omittentes fructus amittunt.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13903**






# DECISIONES CASVVM CONSCIENTIÆ

Ex doctrina Consiliorum Martini ab Azpilcueta Doctoris Nauarri collectæ, & iuxta Librorum Iuris Canonici dispositionem in suos titulos distributæ.

Auctore R. P. D. GREGORIO SAYRO Anglo, Ordinis D. Benedicti Congreg. Casinensis, aliàs S. Iustine de Padua Monacho, & Sacri Monasterij Casinensis professore.



## LIBER PRIMVS.

### TITVLVS I.

De Summa Trinitate, & fide Catholica.  
SYMMARIVM.

- 1. Professionem fidei Canonici etiam exempti coram Episcopo & Capitulo intra duos menses a die possessionis adeptæ facere omittentes fructus amittunt.
- 2. Fidei professionem Regulares Pralati intra duos menses ab adeptæ possessione præfecturæ facere tenentur.
- 3. Fidei professionem clericus parochialem adeptus per ignorantiam omittens non peccat.
- 4. Fidei professionem beneficiarius curatus, qui intra duos menses non fecit, post illos quam primum potest, facere tenetur.
- 5. Fidem confiteri occultis Christianus inter infideles habitans tenetur, quando alias subtraheretur honor Dei, vel utilitas proximi cessaret.

### DECISIO I.

Ex consil. 1. in antiquis, alias consil. 7. & 9. de iure iur. in nouis.

**C**anonici alicuius Ecclesiæ professionem fidei Catholicæ publicè coram Episcopo, & Capitulo, intra duos menses à die possessionis adeptæ facere omittentes, quamuis in foro interiori aliqua ex parte fortè ob ignorantiam, & inaduerentiã præcepti Concilij Tridentini sess. 24. c. 12. de reform. excusari possint, si tunc prædictum præceptum ignoret, ex S. Th. 1. 2. q. 76. ar. 1. & 2. in foro tamen exteriori nõ excusantur, nec fructus faciunt suos, licet postea pacificè etiam ultra tres annos, diotos Canoniciatus possideant, cum ignorantia iuris clari neminem excuset. Reg. ignorantia. de reg. iur. in 6.

Quam etiam fidei professionem modo prædicto facere tenentur Canonici exempti; Quia etiam exempti subiacet Episcopis quod eas, quæ pertinet ad beneficia, quæ obtinent, subiecta illis.

### DECISIO II.

Ex consil. 2. alias consil. 10. de iure iur. ando.

**R**egulari Regulares eadem fidei professionem intra duos menses ab adeptæ possessione suæ præfecturæ, per extea-

tionem, qua Pius IV. capit. 12. de reform. Sess. 24. Concilij Tridentini extendit, facere tenentur, adestq. Bulla eiusdem Pij IV. super forma iuramenti professionis fidei, quæ incip. Iniunctum nobis. edita anno 1564. & est 114. in ordine.

### DECISIO III.

Ex consil. 3. alias consil. 12. de iure iur. ando.

- 3. **C**lericus adeptus parochialem, si per ignorantiam, & inaduerentiã fidei professionem non facit vsq. ad sesquianum, & tunc ratione Doctoratus suscepti eam facit, & etiam post septimum mensem vna cum Episcopo ratione Synodi, mortaliter peccare non videtur, cum bona fide legem humanam transgrediens mortale peccatũ non committat, ex S. Th. 1. 2. q. 88. ar. 5. & 6. & Nauar. in Man. c. 23. num. 43.

### DECISIO IV.

Ex consilio 4. alias consil. 11. de iure iur. ando.

- 4. **A**deptus beneficium curatum, & infra duos menses a die adeptæ possessionis fidei professionem non faciens, licet ad eam faciendam, quam citò commodè facere poterit, obligatur; professio tamen post prædictos duos menses facta ad fructus temporis præteriti acquirendos illi non prodest, quamuis sic ad quærendos temporis futuri; quia regulariter semel ipso iure perditã ipso iure non quærentur c. Quam periculosum. 7. q. 2.

### DECISIO V.

\* Prima & vnica in Nouis, alias consil. 3. dub. 11. de claudensina dispensatione, in antiquis.

- 5. **C**um præceptum de confitendo fidem affirmatiuum sit, vt ait S. Th. 1. 2. q. 3. art. 2. corp. & ideo obliget semper, non tamen ad semper, sicut obligat negatiua, vt idem S. Th. vbi supra & q. 33. art. 2. inde fit, vt fidelis inter infideles habitans non teneatur semper & quolibet loco, aut ex quacunque causã publicè fidem suam confiteri: sed tunc solum quando per omissionem confessionis fidei, aut honor Deo debitus, aut utilitas proximo impendenda, sub-

A trahe-